

non ſolum certum, ſed neque probabilem noti-
tiam ſuccurrere, & ita iniuſte poſſideri. Et fa-
mam dictam à fide dignis ortam probauerat ipſe
mim. 10. bonis adductis teſtibus. Pro quo, &
num. 2.

*Pater Molina Pronuntiata, ut ſauent,
& quàm conſequentia ſint.*

*P. Molina
Pronuntia-
tum pri-
mam poſt-
eris alia
conditiona-
lia.*

187 **P**rimum ex *Diſput.* 35. ſic procedit, ne-
gotiationem ementium mancipia ab in-
delibus eſſe iniuſtam, & iniquam, & omnes eam
exercentes eſſe in ſtatu damnationis æternæ, niſi
quem forte inuincibilis ignorantia excuſet, in
qua neminem eſſe eorum, audeſſe affirmare. Sic
ille in quartâ conſequentia, ubi abſolute loquitur;
tres enim præcedentes ſunt conditionales. Prima
ſcilicet licere emptorem, ſi ij, qui emuntur, bello
iuſto capti ſint ab iis, qui illud gerunt, ut con-
tingit aliquando geri à Luſitanis. Secunda licere
item ſi ij, qui venduntur ob ſua crimina, in ſerui-
tutem redacti ſunt, quando crimen tale eſt, ut
ſeruitus ſit proportionata illius poenæ. Tertia et-
iam eſſe licitum, quando parentes fame preſſi fi-
lios vendunt, ut quicumque alij facere poſſunt:
vnde ſi hoc inter Æthiopes accidat, iure ſe po-
ſunt naturæ tueri. Sic ergo cum præmiſiſſet, con-
cluſione quartâ id ſtatuit, quod iam ex ipſo po-
ſuimus; ubi quidem non loquitur de bello captis
à Luſitanis, quod cum aliquibus ex illis gentibus
iuſtum eſſe dixerat, *Diſput.* 34. ut cum Angolanis,
& ſi qui ſunt alij Mauricæ ſectæ Profeſſores, qui
eo ipſo immane odium in Chriſtianos ad omnem
hoſtilitatem expromptum præferunt. De iis
autem, qui bellum gerentes cum aliis eos capiunt,
& vendunt, reſolutio dicta procedit.

Secundum.

188 Secundum, dum alia via ad fidem Chri-
ſtianam inducendam in illas regiones non ſuc-
curret, ſauendum eſſe negotiationi ipſi quantum
ſaluâ conſcientiâ fieri poteſt; quia ſic magnum
illud bonum, minimè aliâ conſequentur, è bar-
baria educi, in quâ brutorum potiùs, quàm ho-
minum more viuere comperiuntur.

Tertium.

Tertium, non aliter ſeruitutem iſtorum, &
cuiuſque illorum permittendam, quàm ſi luce
clarius eam iuſtam eſſe conſtet, tum quòd liber-
tatis cauſæ; quippe quæ piſſima eſt, per ſe ſit
ſuffragandum. Tum etiam quòd ut magno ef-
ſet adiumento, ut fides noſtra, moreſque Chri-
ſtiani, in illis locis propagarentur. Addit tempo-
ralia etiam commoda ex humaniori commercio
futura, & ſic concludit: *quamuis autem aliud non
eſſet lucrum, quàm tutas ab æterno interitu habere con-
ſcientias, hoc vnum ſatis eſſe deberet.* Sic ille, aperte
indicans in negotiatione iſtâ conſcientias nego-
tiantium naufragare.

Quartum.

189 Quartum, Ex *diſp.* 35. ad finem, & 36.
eum, qui emit ab eo, qui bonâ fide cœpit poſſi-
dere, & poſtea de iuſto titulo dubitauit, non tene-
ri integre reſtituere, ſed adhibita diligentia, &
non exploratâ veritate, tantum teneri partem re-
ſtituere, iuxta dubij quantitatem; quia in ius ſuc-
cedit alterius, qui factâ diligentia non tenebatur
reſtituere, cum ſit melior conditio poſſidentis.

Quintum.

Quintum vnde *ſupra*: ementem cum inuincibili
ignorantia, ſi poſtea dubitare incipiat, non
teneri reſtituere, ſi factâ diligentia dubium perſe-
t,

ob meliorem poſſidentis conditionem, ratione
cuius nihil reſtituere tenetur, vnde neque par-
tem, neque totum, quando bonâ fide poſſeſſio-
nem inchoauit.

Sextum, ex *Diſputat.* 36. ſi *Primum & præci-
puum* mancipia ex iuis regionibus aſportata licite
emi poſſe, quia non ſpectat ad ſubditos exami-
nare an merces licite aſportentur in regnum, ſed
ad Principem; cum ergo ille videatur probare,
non eſt circa id ſcrupuloſius indagandum.

*Quatum
Auctorem
non appro-
bare nego-
tiationem,
& oppoſitâ
non bene à
P. Fagun-
dez affir-
mari. Vbi
de Primo
Pronun-
tatio.*

190 Cum talis ſit huius Doctõris reſolu-
tio, qui exactiſſimè rem iſtam inueſtigauit inter
Luſitanos ſcribens, & Primum eius pronuntia-
tum ad eò negotiationi huiusmodi contradicat,
affirmat P. Fagundez *Libr. 2. de Inſtitia & iure,
Cap. 2. num. 5. & 8.* eum illam approbare & ab-
ſolute ſcrupulo exerceri poſſe pariter affirmare.
Quod quidem non video quomodo dici à viro
tanto potuerit, cum mens Auctõris ad eò teſtata
ab ipſo fuerit relicta, ut nihil magis perſpicuum
inueniri poſſe videatur. Vnde P. Palaus *Tract. de
iuriâ, & iure, Diſput. vnica de Inſtitia in genere.
Puncto 9. num. 11.* negotiationem dictam in pri-
ma emptione condemnans; pro ſententia ſua
merito P. Molinam allegat. Cuius quidem Pri-
mum pronuntiatum cum P. Sancij primo item
conſonet, ſatis apparet ex eo non poſſe pro ne-
gotiatione iſtâ patrocinium aduocari; niſi forte
quatenus de bello Captis aliter videtur ſentire,
quandoquidem illud eſt iuſtum communi im-
mò & Regionum Iudicum ſententiâ iudicatum.
Sed certè ut dubitari de iuſtitia poſſit, dubitatio
ipſius Patris facit, qui *Diſput.* 34. §. *Paulus verò
ait vilam à ſe inſtructionem, quæ à Rege Seba-
ſtiano data eſt poſt longam diſcuſſionem in Cõ-
ſilio Conſcientiæ, electo Duci contra Angolæ
Regem ituro, & ita poſtea ſubiicit: Quæ Inſtru-
ctio, ſicut par erat, fuit exactè ſeruata, neque auaritiâ
ducem, ac milites obcecante, vlla facta fuit illius
transgreſſio, ſane mihi erat, quod amplius ad iuſtum bel-
lum poſſet deſiderari.* Sic ille: dubius equidè de ob-
ſeruata inſtructione, ubi de auaritiâ eſſe ſatis fun-
data ſuſpicio poterat, quando bellum illud non
tantum ob vindicandas iniurias, ſed propter ar-
genti fodinas, quæ in eo tractu eſſe fama vulga-
uerat, potiùs agebatur.

*Quid de
bello captis
ſentiat.*

191 Circa ſecundum pronuntiatum merito
quidem annuendum, ſed eum addita præcautio-
ne, quantum ſciliçet ſaluâ conſcientiâ fieri poſſit. Non
vult Chriſtus fidem iniuriis ſtabiliri; cum aliâs
negotiationi iſti vacantes, fidei negotium non
agant, ſed licri ſtudio ad illam penitus mouean-
tur. Vnde ſi ſciant eos, quos aſportant, Chri-
ſtianos minimè futuros, ſimiliter aſportarent:
non ergo ipſi circa auro pretioſiorem liberta-
tem irrogatâ iniuriæ ex fidei commo, quod
acceſſione ſequitur, compensabiles cenſeantur.
Sic infidelium filij iniuriis parentibus nequeunt
baptizari.

*De Secun-
do. Vbi
quod non
eſt iniuriis
ſtabilenda.*

Quod autem in Tertio habetur, eſt quidem
piè, & ſapienter dictum; ſed certè non eſſe ne-
ceſſarium pro ſeruitute permittenda, ut luce cla-
rior illius titulus ſit, ex prior eſt pronuntio
deducendum. Cum enim negotiationi fauen-
dum ſit, quantum ſaluâ conſcientiâ fieri poſſit,
non eſt certè neceſſarius titulus luce clarior, cum
ſufficiat eſſe probabilem; tuta enim conſcientia
poteſt

*Circa Ter-
tium, ubi
quod titu-
lus non de-
beat eſſe
luce clarior
ex Auctore
eodem
contra ip-
ſum*

poteſt probabilis ſententia teneri circa titulum
huiusmodi, ſicut circa alia, & de bello eſt ſatis
communis ſententia inter Recentiores. Et verò
ſi titulus luce clarior ad ſeruitutem permittendam
requiritur, bello capti Angolani non poterunt
in ſeruitutem redigi, quia iuſtitia illius belli non
eſt luce clarior. Vt numero præcedenti dicebamus.
Videndus P. Rebellus *num. 13.* ex quo P. Frago-
lus *num. 26.*

*Quartum diſ-
ſicilem eſſe
reſolutionem
circa emen-
tem à poſ-
ſeſſore, qui
poſt bonam
fidem dubi-
tauit.*

192 In quarto autem eſt difficultas, non
enim videtur ad plus teneri, qui emit ab eo, qui
bonâ cœpit fide poſſidere, licet poſtea dubitauerit,
quàm ipſe venditor, qui in ius illius plenè ſuc-
cedit. Et ita P. Sancius *citato Cap. 4. num. 15. §. 6.*
Nota, hoc abſolute aſſerit, ementem eodem iure
poſſe ſe tueri; citat autem pro eo P. Molinam
citatum, item à ſe, *Lib. 2. de Matrim. diſput. 41. n. 28.*
ubi etiam in ſpecie caſus præſentis loquens, idem
tenet, & nullius reſtitutionis obligationem indi-
cit; vnde non bene allegatus videtur P. Molina,
qui reſtitutionem aliquam faciendam eſſe præ-
ſcribit, & modum, ac quantitatem indicat, *Diſput.*
35. §. *Sit nihilominus;* niſi quatenus ait non eſſe
obligationem manumiffionis. Sed cum proba-
bilis videatur ſententia P. Molinæ, iuxta illam
oritur dubium; quo modo circa libertatem ſit par-
tialis faciendâ reſtitutio, & dici poteſt; facien-
dam ſeruiturum diminutione, & meliori tracta-
tione, ut inſtar famuli habeatur. Quòd ſi pretium
dare velit dominus, erunt qui iudicent id contra
rationem ſeruitutis eſſe; ſed certè non eſt, quia
ſerui dominium rerum aliquarum habere poſ-
ſunt, pro quo plures caſus adducit P. Molina
Diſput. 38. & ex eo P. Gaſpar Hurtadus *Diſput. 1.
de iure, Difficult. 18.* ex quibus vnus eſt cum ei ali-
quid à domino datur, ut eius ſit; & tale domi-
nium eſſe perfectum, citati aſſerunt. Pro quo
videri etiam poteſt P. Onate *Tomo 1. Diſput. 4.
num. 111.* Poteſt autem ſeruus id, quod datur
ipſi, non admittere, volens conſeruare jus ſuæ li-
bertatis, & ut parte alia pretij datâ ſe redimat; in
caſu enim dubiæ ſeruitutis exiſtium poſſe domi-
num compelli à iudice, ut redemptionem admit-
tat, quia eſt ius illius imperfectum, & eſt maximè
libertati fauendum.

*De quinto,
ubi de ma-
la negotia-
torum fide.*

193 In quinto nihil eſt, quod negotiatori-
bus faueat, cum eorum mala fides à citato auctore
fuerit conſteſtata; ſic enim loquitur *Diſput.* 35. *Con-
cluſ. 4. Omneſque, qui illam exercent, lethaliter pecca-
re, eſſeque in ſtatu damnationis æternæ, niſi quem in-
uincibilis ignorantia excuſet, in quâ neminem eorum eſſe
aſſerere audeam.* Sic ille.

*Sextum mi-
nimè con-
ſonum eſſe
Primo, &
Tertio.*

Denique quod in ſexto dicitur non videtur
Primo pronuntiato conformari, pro quo præce-
dentia verba ex eodem adducta videntur apertifi-
ſimè militare. Si enim Mercatores tales vendere
non poſſunt: ergo neque ab eiſdem emi, eadem
pro-emptore ſtante ratione, que ſtat pro vendito-
re; quia ſcilicet eorum, qui venduntur, non eſt
verofimilis titulus ſeruitutis. Et quidem ut circa
Tertium pronuntiatum vidimus, citatus Auctõr
ad ſeruitutem admittendam titulum luce clario-
rum exigit; cum tamen nihil tale in venditione
appareat, quum propterea ad eò acerbè condem-
nat: non ergo emptio licet, ubi ad illam titulus
minimè fundatus occurrit.

194 Nec ſatisfacit, quod ait ad ſubditos ſci-
Theſauri Indici Tom. I.

licet examen de huiusmodi mercibus non ſpecta-
re, ſed ad Principem, quem tamen videmus ven-
ditionem permittente: nam ſicut hæc ratio non
valet ut venditio iuſtificata ſit, aliâs vendentes
non erunt in ſtatu æternæ damnationis, ita neque
ad emptionem. Princeps ergo permittit, qui illi
de manifèſtâ iniuſtitia non conſtat, vel ſi conſtat,
rationes habet ut permittat, maiorum dominorum
cuitandorum cauſâ: ſubditi autem, qui ex com-
muni famâ iniuſtitiam agnoſcunt, nec permiſſio-
nis jus habent, nequeunt negotiationem dictam,
dum emunt, fouere, illius eſſe conſortes, & non
tantum verbis, ſed factis etiam approbare. Ne-
que item ſatisfacit, quod citato §. *Primum,* &
Præcipuum, adicit in hæc verba: *Ea autem, quæ à
nobis diſputationibus præcedentibus dicta ſunt, licet per-
ſuadere videantur plurima mancipia aſportari ex illis
locis, iniuſte ſeruituti ſubiecta: non tamen perſuadent
omnia, ac proinde de nullo in ſingulari id perſuadent.*
Hæc ille: quæ quidem, ut dixi, non ſatisfaciunt,
quia cum plurima mancipia iniuſte addicta ſer-
uituti, vendantur, licet de hoc in ſpeciali non
conſtet, debebat tamen poſitiuè conſtare, iuxta,
ea, quæ idem Pater docet incitato §. *Sit nihilomi-
nus, Diſput.* 25. ubi ait peccare lethaliter eum, &
cum onere reſtitutionis, qui ſine præuio examine
emit aliquid, de quo verofimiliter præſumitur
eſſe furto ablatum. Quæ doctrina communifi-
ma eſt, & eam caſui præſenti adaprat, ut ne-
queant Mercatores Luſitani mancipia ab infideli-
bus emere. Quòd autem præſumptio ſit ſatis
fundata, ab eodem oſtenditur §. *Sed iam ad Æ-
thiopum;* ubi probat inter Æthiopes rariffima eſſe
bella iuſta. Cum ergo mancipia, quæ adducen-
tur, maxima ex parte talia ſint, & bello capta ab
eiſdem Luſitanis per pauca, comparatione illo-
rum, ſit planè ex eo peccare lethaliter iuxta ipſum
qui ſine examine illa ab eiſdem emunt; aliâs eius
diſcuſſus eſt prorfus infirmus; quia etiam cum
Luſitani emunt, non conſtat illis hunc, & illum
eſſe iuſte captum, & licet vendentes id aſſerunt,
non eſſe illis credendum ſatis conſtat, cum nul-
lius fidei teſtes ſint. Quòd ſi Mercatores ipſi iu-
ſtum titulum ſeruitutis aſſerunt, Chriſtiani pro-
fectò homines, cum tamen ordinariè taliſ non ſit,
ut ipſe Pater multis proſequitur; quid de bar-
baris ad Europæas mercibus, & pueriles orna-
tus anhelantibus æquum fuerit ſentiamus? Ex
his ergo, & aliis Doctõris tanti pronuntiatas ha-
bemus negotiationem iſtam eſſe damnabilem, ut
neque emere Luſitani Mercatores queant, neque
conſequenter vendere. Vnde & idem de em-
ptione eorum, qui ab eiſdem emunt, dicen-
dum, conſequentia doctrinæ videtur clariffimè
perluadere.

*Permiſſio-
nem Prin-
cipis ad pu-
blicam ven-
ditionem non
ſufficere. Ita
quo deſtyle-
raſur con-
ſequentia
doctrina.*

P. Molina.

*Quod ſeru-
iui præſu-
matur emi
non poſſe.*

*Pater Rebellus pro Æthiopicorum libertate
ut pugnet: cuius aſſerta proponuntur.*

195 **S**ectio 1. & 2. *Quæſt.* 10. *Lib. 1.* Quid-
quid P. Molina in deſteſtationem nego-
tiationis huius, citatis *Diſput.* 34. & 35. accumulat,
libenter complectitur, & corroborat, rationum
& narrationum irrefragabilium additis firma-
mentis, & veritatis quidem pondere, in ea eſt
aſſerta compulſus, non veritus illam odium pari-
turam,
E e 2 turam,

*P. Rebellus
negotiationem
ni inferre
ſu.*

turam, dum patriæ affectu oblitus contra Luſitanos fulminat, doctiſſimus, & elegantiſſimus Luſitanus. Sed illius aſſerta videamus.

Primum illius aſſertum, qui & aliorum.

Numero quarto. Cùm aliis Societatis noſtræ Magiſtris aſſerit negotiationem eſſe licitam, ſi Mercatores ordinationes Regias ſeruent de examine circa titulum ſeruitutis faciendo. Secus ſi alijs modis ſeruos emant, prout facere dicuntur, inſcijs Regijs miniſtris, ad quos iſtud examen ſpectat, quâ ex parte emptio de manu peccatorum non caret ſerupulo, ſi præſertim accedat verofimilis querimonia ſerui, quod iniuſte fit factus ſeruus, quamvis regulariter non teneatur herus ſeruo credere, aſſerenti ſe iniuſtâ ſeruitute detineri, & modo; quo id factum fuerit, narranti.

Secundum, circa mixtum emptio bona & mala fide.

Addit num. eodem ex aliis. Si Mercator contra præſcriptam, à Rege formam ſeruos malâ fide emerit, nec pauciores illi ſint reſpectu aliorum, qui ſunt empti bonâ fide, quia forma ſeruata, & omnes ita admixti, vt dicerni non poſſint, omnes manumittendos, quia melior eſt conditio innocentium: ſi autem pauciores ſint iniuſte empti, omnes poſſe vendi. Num autem 5. & 6. iuxta propriam ſententiam aſſerit, quod ſive numerus dictorum æqualis ſit, ſive inæqualis, & culpa Mercatorum euenerit, nullum poſſe vendi, quia culpa emptoris non debet cedere in iniuriam innocentis, qui ſibi iacturam debet imputare. Si autem ſine culpâ Theologicâ, mittendas eſſe fortis inter ſeruos, ex eorum conſenſu; quod ſi renuant, ad id compellendi à Mercatore, qui dominus eius multitudinis exiſtit, vel ab ordinario Iudice; quia non eſt æquum quempiam damnatum aded graue ſine ſua culpâ pati; immo etiâ ſi culpa tantum fuerit venialis; quo euentu proportionatum culpæ tantum damnum ſubeundum. Et hoc eſſe melius ait, quàm ſi dicatur poſſe omnes vendi, ſed admonitis emptoribus de incertitudine ſeruitutis, quod etiâ videtur probabile reputare. Quod ſi circa libertatem dubium occurrat, pro illâ eſſe in vtroque foro iudicandum, ſi æquale ſit dubium pro ſeruitute aſſerit num. 7.

Tertium notanda conueniens.

196 Num. 8. & ſequentibus: iniuſtam eſſe negotiationem oſtendit, aſſerens, non ſolum ante emptionem, ſed etiâ poſt emptionem, teneri Mercatores indagare veritatem; quia ſunt malâ fidei poſſeſſores; quod ſi indagatio nequeant verum titulum ſeruitutis deprehendere; teneri manumittere. Si autem bonâ fide emerint, ad inueſtigandum ſimiliter teneri: veritate autem non exploratâ teneri reſtituere, iuxta dicta num. 192. & præter iniuſtum titulum ſeruitutis, addit iniuſtitiam aliam ex eo quod miſeri iſti certifiſimo mortis periculo in navigationibus exponuntur, vt quotidianis experimentis conſtat. Item ex eo quod plures ad laborandum in auri, & argenti fodinis emuntur, qui labor illis incomportabilis eſt, & ad quem, niſi morte digni, nequeunt condemnari. Addit autem ex P. Suario poſſe licitam eſſe emptionem ad laborem talem, ſi illis talis labor iuſto aliquo pretio compenſetur, & in navigatione commode illis prouideatur, vt poſſint reſpirare. Hoc enim ex magno totius orbis commoſo ſuſtineri poſteſt, dum aurum, & argentum eruitur generaliter profutura: hæc doctus Pater ſuſius illuſtrata.

197 In quibus placet quidem emptionem eſſe licitam, quando Regia in illâ præſcripta ſeruantur, quod ita doctiſſimi Patres iudicant. Sicut & ſerupulum pro non ſeruat; nec leuem illum ſuperſeſſe. Hoc enim ea oſtendunt, quæ pro iniuſtitia contractus huiusmodi ab eodem aſſeruntur. Illa ſiquidem planè oſtendunt Regia præſcripta non ſeruari, vt in talibus videmus contingere. Pro quo eſt id, quod annis his proximis in Paraquariâ eſt actum regione. Luſitani enim Portus S. Pauli indigenæ & Paraquariis finitimi, armatâ manu in eos læpius irruerunt, & integros populos ad fidem Chriſtianam indefeſſis laboribus Patrum Societatis noſtræ reductos, poſt cædes, & crudeliſſimam vexationem, oppreſſos vinculis in Braſiliam deportarunt; vbi eos vt mancipia, poſtpoſitis humanis & diuinis legibus, neque attentis Pontificiis cenſuris, laboraturos ſine humano ſolatio diu, noctuque, venderunt. Vnde pro deſenſione oportuit innocentes armari, vt iam non audeant ad prædam huiusmodi ita confidenter inhiare. Quæ ergo de ſeruatis Regijs ordinationibus apud Æthiopes poſſit præſumptio ſuffragari? Fit igitur ex dictis ſine graui ſerupulo ſtare non poſſe emptionem apud nos, quando tales ſunt venditores.

Ordinationes Regias non ſeruari unde apparet ſerupulum in iuxta dicta dicitur.

198 Iam quod ad proximos attinet. Si culpâ Mercatoris accidit, omnes debere manumitti; videtur optimâ ratione fundari. Poſſet tamen numerus iniuſte emptorum aded eſſe exiguus, vt non deberet propterea venditio aliorum impediri. Quo euentu iuxta coniecturas agendû, vt ſcilicet tot extrahantur, quot iniuſte empti, in quibus verofimile aliquid appareat, licet non ita fundatum, vt probabile ſaltem poſſit reddere perſuaſionem: & certè interrogando emptos vix eſt credibile non poſſe verofimilem notitiam hauriri. Quod autem ad ſortes attinet, valde videtur difficile: iis enim ſtantibus, ſtare etiâ poſteſt magnam in ſeruitute copiam eorum remanere, qui nullo ad illam titulo poſſunt addici, & conſenſus quidem eorum, ſi detur, non eſt ſufficiens, quia inuiti faciunt inter anguſtias deprehenſi, tali volentes ſe fortunæ committere, dum aliam non inueniunt viam recuperandæ libertatis. Ab hero autem compelli nequeunt, quia non eſt verum eſſe dominum multitudinis, ſed eorum tantum, qui licite empti ſunt. Iudex autem Hiſpanus non eſt competens reſpectu innocentium; eo enim ipſo, quod iniuſte empti ſunt, alterius fori cenſentur, ad quod ante emptionem pertinebant. Item iudex nullum poſteſt innocentem ad ſeruitutem obligare. Videtur ergo res iſta teſtimonio eorumdem dirimenda, & verofimilibus vtendum coniecturis, vt ſcilicet alijs de alijs interrogetur, ab inuicem ſeparati. Poſſe enim querimonias iſtorum eſſe verofimiles ipſe P. Rebelleſſus aſſerit num. 4. vt iam vidimus, & adducta quidem oſtendunt, vendi non poſſe admonitis emptoribus, quia iniuſtitia reſpectu innocentium non ceſſat ex eo, qui neque rigoſo pretio, neque moderato vendi poſſunt, ſicut neque emi. Et quod ille addit de fauore libertatis, hoc videtur probare: quia cùm dubium æquale ſit circa quemlibet illorum, quod ſcilicet, ſeruus, vel non ſeruus, pro ſingulorum eſt iudicandum libertate.

Circa venditionem, cum mixtio eſt, de quâ n. 195.

Quid de ſortibus.

Verofimilior reſolutio.

199 Quod de bona fide ementibus dictum, non poſſe conſequenter admitti, quandoquidem non dubium, ſed moraliter certitudo eſt, conſtat ex dictis numer. 184. Navigationis item pericula eſſe certifiſſima ſatis ex adductis conſtat, pro quo & quotidiana experimenta poſſumus cumulare. Sed verò ad ſubſtantiam contractationis illa non ipectant, & cum iuſta poſſunt emptione componi; quia & in iis, qui iuſte capti ſunt, talia ſolent incommoda deprehendi. Si autem in navigatione ſpecialis de illis habeatur cura, pauci etiam periclitari ſolent, vt accidit quando illi expiorum Mercatorum manibus in aliorum deueniunt poteſtatem. Id autem quod de fodinis auri, & argenti dicitur, tantum habet patronum; vt nequeat quaſi inueroſimile, reſutari. Erit autem omnino à ratione alienum, ſi id, quod de illis dictum eſt, velit quis ad Indos tranſferre, qui ad metalla effodienda compelluntur: eſt namque in illis magna diuerſitas: Æthiopes namque iuſto titulo ſerui ſupponuntur, & difficultas de illis eſt, an ſi tales apud infideles ſint, emi poſſint ad auri & argenti fodinas aperiendas: vt Angolani, & alij. Indi autem neque in ſua infidelitate ſerui fuerunt, neque fideles facti peioris eſſe debent conditionis. Præterea de ſeruis etiam illis loquendo, cenſuit P. Suarez licitam futuram emptionem, ſi fiat iuſta compenſatio pro cuiusmodi tam extraordinariis, ac periculofis ſeruitutibus, quam ipſi non niſi irrationabiliter reſuſtabant. Atqui Indis nulla talis compenſatio fit; ergo diuerſa eſt in illis ratio: habemus ergo ex Auctore dicto nihil eſſe, quod negotiati, de quâ agimus, poſſit ſuffragari.

Navigatio præſertim noxia.

Mineria an queat addici. Et quod Indorum diuerſa ratio ſit.

Quid ſentiant alij, & quid in præſenti cauſa iudicandum.

Dom. Solorzanus.

200 Dom. Solorzanus Tom. 1. Lib. 3. Cap. 7. num. 108. & ſeq. adductis P. Molina, P. Rebello, Auguſtino Barboſa, Soto, Ledema, & Mercato; contractationem iſtam, eodem quo illi gradu, videtur improbare. Pro eodem eſt Nauarrus in Manuali Latino Cap. 23. n. 96. & in Hiſpano Cap. 28. in additionibus ad citatum num. 96. Cap. 23. Petrus de Nauarra Lib. 3. de Reſtitutione Cap. 1. num. 215. ait ſe non auctere iuſtificare eum, qui cum ea ſuſpitione, & dubitatione emeret, de quâ Mercator teſtatur eſſe debere, ob publicam famam iniuſtæ acquiſitionis, cum diſcretum ſit, & probabile dubium de iniuſtitia, niſi aliunde veritas iuſtæ ſeruitutis conſtaret; quæ ſunt illius verba. Franciſcus Garcia de contractibus. Parte 1. Cap. 17. omnino inſenſus eſt iſti contractationi, ſicut & P. Palauſ citatus iam num. 190. vbi tamen addit poſſe emi ſecunda emptione à Mercatoribus; quod tamen eſt intelligendum, quando præſumptio non eſt contrarium, iuxta dicta, vt conſequens poſſit eſſe doctrina. P. Fragoſus Tom. 3. Lib. 10. Diſput. 22. num. 13. & ſeq. Patrem Rebelleſſum ferè tranſcribit, & n. 15. ſtatuit, quod licet defendi ab iniuſtitia poſſit emptio Æthiopicum, quæ ſit in Luſitania de manu Mercatorum ob præſumptionem bonæ fidei exportantium; nihilominus verofimiliter videri,

Nauarrus.

Petrus Nauarra.

Franciſcus Garcia.

P. Palauſ.

P. Fragoſus.

conſideratis circumſtantijs, eam eſſe iniuſtam negotiationem reſpectu Mercatorum in Æthiopia ementium. Quod equidem intelligendum eſt ſtante prædictâ præſumptione. Atqui illa communiter ceſſat; ſicut enim Auctores iſti talem præſumptionem non habere poſſunt; ita enim publica dicitur: illâ ergo deficiente, non poterit ſtare emptio; videantur, quæ de noxia præſumptione conſcientiarum dictorum Mercatorum idem Auctor adducit num. 26.

Bona fidei in vendentibus præſumptionem non ſtat.

201 Ioannes Caramuel in Theologia morali num. 440. & 441. de Indis loquens ait: poſſe ſeruos effici, quando ab alijs Indis capti, ſiue iuſte, quia inter eos bella iuſta eſſe poſſunt, ſiue iniuſte, quia ab eiſdem erant occidendi; quod facere ſolent vt eos comedant; immo & aliquando eorum carnes in macello emendas exponere. Nec poſſe tantum, ſed etiam debere, ſi poſſint emere: quia debet eo pacto ſubueniri in extrema neceſſitate conſtitutus: neque eſſe obligationem, vt fiat gratis, quando ſic periclitantes habent, quo valeant ſibi de remedio prouidere, ſcilicet libertatem. In quo quidem aliorum ſententiam ſequitur, quamuis neminem citet, præſertim P. Sancijs Citato Cap. 4. num. 1. qui id iuxta probabilem ſententiam multorum ſtatuit, iuxta quam non tenetur quis gratis ſubuenire alicui, quando id facere alio modo poſteſt, vt mutuando, vel commodando. De Æthiopicis autem citatus Auctor niſi ſpeciale tradit, ſed remittit ſe ad P. Sancijs, unde negotiati iſti non aliter, quàm ille fauet, & ſic parum, aut nihil. Eſt autem in eodem notandum, ita ſcribere initio illius dubij: cum videas tot ſeruorum millia ex Indis in Hiſpanias adduci ſubduſas, an omnes &c. de illis ergo cùm reſolutio eiudem procedat: in fine circa Nigros id addit, quod diximus. Præter Nigros ergo aperte ſignificat ex Indijs multa ſeruatorum millia in Hiſpaniam adduci. Quod tamen à veritate eſt proſus alienum: Indi enim ſua libertate fruuntur, præter Chilenos aliquos beilo captos poſt tenaciſſimam, & inſeſtiſſimam rebellionem: ex quibus nescio an aliquis in Hiſpaniam fuerit deportatus. Quod autem circa eorum infantes videatur Regiam dicere clementiam, ſiue etiam iuſtitiam, dictum ſuprà Titulo 1. Cap. 11. n. 2.

Ioannes Caramuel.

Extremè laboranti qualiter debeat ſubueniri.

Citatio Auctoris narratio non ſubmixta veritate.

202 P. Fagundez Cap. 2. citato lib. 2. de iuſtitia & iure, vnus eſt, qui negotiationem iſtam defendendam ſuſceperit, ad omnia, quæ contra illam obiciuntur, conatus reſpondere. Fateatur tamen, quod negari nequit, Mercatores in Æthiopia ante emptionem mancipiorum debere ſeruitutis titulum examinare: alias futuram iniuſtam. Hoc ergo cùm facere debeant, & re ipſa facere credendum eſt; quandoquidem contrarium nequit comprobari. Pro quo etiam facit à Rege in illis partibus miniſtros eſſe deputatos, qui rei huic diſcigenter aduigilent, quos etiam non licet officij ſui ita incurioſos credere, vt in negotio aded graui, & conſcientijs grauandis ſupra modum obnoxio, poſtpoſito Dei timore diſſimulent, Deo & Regi pariter infideles.

P. Fagundez plus alijs fauet.

203 Dico primò: negotiatio dicta ſecundum maiorem partem mancipiorum, qui in illis partibus emuntur, eſt illicita, iniuſta & cum onere

Aſſertio i. negativa circa maiorem ſeruatorum partem.